



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Tractatus De Brevissima Ad  
Perfectionem Via: Hoc Est, De Perenni divinæ voluntatis intentione,  
executione, apprehensione

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066340**

Considera IV. Quid sit, & qualis Voluntas Dei quoad nos?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45352**

comparatione) salutem, mercedem, & præmium recipere.

Quis non obstupescat, voluntatem Dei hæc imperantem, Christum hæc exequentem intuens? O sane magnum, aliquid hæc Voluntas est, quæ tantum potest, quæ tanti apud Christum est, cui se tantum Homo-Deus submittit: Submittit autem ad exemplum meum vel maximè, ut ex ipso discam, Voluntatem Dei nosse, amare, æstimare, exequi, inhærere illi, vivere illi, illi eviscerari, illi pati, illi perire, illi immori. O Jesu Magister mi, fac me prout melius nosti, mancipium, jumentum sanctissimæ hujus Dei voluntatis. Tibi verò ô Adoranda Dei voluntas gratulor talem servum, qualis erat Christus, sed in simul rogo, ut quæ tantum in Christum potuisti, & fecisti, possis & in me, facias & in me. Siquidem non minus ego, & sum, & esse teneor, & esse pro meâ pusillitate cupio subditus subiectus, mancipatus, divinissimæ, suavissimæque tuæ potestati, ac dominationi, quàm fuit Christus. Quidni igitur me captivas voluntas sancta? nunquid aliud vis à me, quàm ut servus tuus fieri velim? En volo: facito. O quàm felix ero tibi serviens!

123.

CONSIDERA IV. Quid sit, & qualis Voluntas Dei quoad nos?

I. Dei voluntas est nobis principium essendi. Essentiam enim & naturam, quam habet quæque creatura, habet ex Dei voluntate. Quod vel ex eo patet: Quia idè creaturæ non sunt, nec existunt in rerum naturâ, quia à Deo conditæ non sunt, non sunt autem conditæ, quia condi illas

124.

V.P. Druz. Op. II.

H

volun.

112  
xi  
: usca  
: I  
V

voluntas non fuit. Voluntas ergo Dei est omnium nostrum, hoc est omnium Creaturarum Mater, quæ nos in Ideis Sapientiæ, artiumque divinarum regulis, ac in Omnipotentiâ Divinâ tantquam semine latentes, in utero suo prima concepit, eduxit, existere, aliquidque esse ex nihilo fecit. Voluntas quoque divina, est veluti alveus quidam, & meatus multiplex, Oceanum illud Essentiæ divinæ multipliciter pro cuiusque nostrum naturæ & essentiæ existentiâ derivans.

125.

Hinc Colligam Voluntatem hanc Dei esse mihi Matris loco habendam, pietateque Matris debitâ honorandam. Colligam etiam curandum mihi esse, ne unquam hunc essentiæ, influentiarum donorum divinorum meatum & alveum in me obstruam, aut incidam, sed curabo potius quantum ex me, quàm maximum huic meatui receptum apud me facere, ut quàm copiosissime per illum ad me bona Dei deriventur: quin etiam studebo ipse huic meatui vias facilitare ad animam meam, novis ut quotidie cursibus & influxibus gratiarum cœlestium me locupletet.

126.

II. Dei voluntas est Regina nostra, & Domina. Gubernat enim nos quos creavit, providet iis, quos produxit, conservat eos, quos fecit. Obiit ergo partes nutricum, parentum, magistratum, magistrorum, pædagogorum. Hinc tota series providentiæ ejus circa nos naturalis & supernaturalis, ad eò lactea delicata, mirabilis, efficax, sollicita, ut sic curet, unum quemlibet solum ac si curet, de aliis nihil cogitet: passer finitimu nutu ejus non cadit in terram; capillos numeravit nostros, vestigia nostra considerat: fœnum agri tam eleganter vestit. unò verbo, tantum cura

est omni  
arum Me  
que divi  
vinâ ca  
ima con  
ex nihilo  
luti alve  
eanum  
cujusque  
erivans.  
Dei est  
que Mar  
urandum  
nfluentia  
am in me  
us quan  
atui rece  
ffime pe  
in etiam  
e ad an  
us & in  
pletet.  
& Domi  
providet  
uos fecit  
n, magi  
n. Hinc  
naturalis  
, mirabi  
nemlibet  
asser sine  
os nume  
t: fœrum  
tum cura  
um

uni muscæ impendit, & industriæ suæ dat, quan-  
tùm totus mundus, cum totâ suâ sapientiâ dare  
illi non posset. Unus homo, si divinæ circa se  
Voluntatis providentiam consideraret, vita illi  
sua non sufficeret: sed oculi nobis non sunt ad ista  
qui ad vana alia oculatissimi sumus. Hoc unum  
punctum satis esse mihi deberet ad amandam Dei  
voluntatem, omnique curâ semper exequen-  
dam.

III. Dei voluntas centrum est, ad quod om-  
nia, & à quo omnia percurrunt. Velit nolit  
homo Voluntati Dei subest, & eam facit; est  
enim illa adeò potens & efficax, ut vel in hoc  
ipso quòd eam homo non faciat, faciat illam; si-  
quidem non est sine Dei voluntate, quòd quis  
non faciat Dei voluntatem: non enim homo pos-  
set illam non facere, si illa nollet se non fieri. Vult  
ergo non fieri, quod vult fieri? ita omninò. quod  
enim vult fieri per beneplacitum, vult idem non  
fieri per permissionem: hoc est, vult fieri; sed  
permittit non fieri; permittit autem, quia vult  
permittere, suamque libertatem creaturæ con-  
servare. Generosa nimirum est Dei voluntas:  
serviri sibi, & servari se vult à Volentibus, ne-  
minem cogit. Si vis, servi mihi; ego volo ut ser-  
vias, tibi liberum esse volo ut servias, liber es, fac  
quod placet. Servis mihi? facis quod volo. non  
vis servire? permitto: sed tamen & sic facis quod  
volo; facis nimirum id, quòd ego permittere vo-  
lo. at illo discrimine, quòd serviens mihi, volun-  
tatis, quam facis, habeas præmium; non servi-  
ens mihi, Voluntatis quàm permittentem facis,  
habeas pœnam. Sic ergo homo peccans currit  
à Deo placato, ad Deum iratum: dum non vult

112  
xi  
v. usque  
: I  
V

facere voluntatem coronaturam, facit punituram. Et sic ad Dei voluntatem omnia redeunt, omnia currunt, ut ad centrum, sive rectâ lineâ, sive obliquâ tendant, ad centrum tendunt. Hinc colligam consultius esse voluntatem Dei facere coronaturam, quàm punituram.

128.

IV. Dei voluntas est nobis regula operandi & lex vivendi. Voluit nos sibi attendere, se nosse, secundum se in omnibus corpusve animamve attinentibus regi. Unde omnium omninò nostrarum operationum præscripsit nobis formam præscripsit autem, vel per seipsam immediatè, vel per naturam impressam, qualis est in bestiis præscriptio) vel per rationis lumen, vel per potestates, vel per consuetudinem. Præscripsit quomodo cum Deo, cum superiore, cum pare, inferiore, viveremus; quid, quo ordine deberemus Deo, nobis, aliis, & ne multa loquar, non est actio, non est officii hominis ulla pars, cui legem non dederit Deus, juxta quam fiat. Facit nobiscum, ut pædagogus, rudem adhuc formans puerum, cui omnium agendorum, non agendorum normam dat. quæ se cum parentibus & majoribus quæ cum paribus, inferioribus, quæ domi, quæ foris gerat. pedem sine se domo efferre, a præceptis discedere non sinit; si discedat, corrigit, format aspectum, labia, manuum, digitorum etiam motus, ita agit nobiscum Dei voluntas, non discoli sumus, ac protervi. Statuam hujus magistri præcepta nosse, iisque regi, curabo discipulus non esse puer: si quid in me tale deprehendam, reprehendam, & puniam, & corrigam.

129.

V. Dei voluntas aliter nobiscum, aliter cum Irrationalibus agit. Cum illis agit, ut cum man-

cipiis

eipii, nobiscum, ut cum ingenuis. alias creatu-  
 ras juxta suam regulam dirigit, ipsis regulam non  
 attendentibus: unde aguntur, patiuntur, juxta  
 regulam quam agunt; sunt ut instrumenta artifi-  
 cum, mallei, limæ, penicilli, quibus artifex uti-  
 tur in opere, sed ipsa usum sui esse nesciunt. O-  
 ritur Sol, lucet, occidit: quare? non scit. rota-  
 tur assiduo cœlum, quorsum? non scit. nidifi-  
 cat avis, quorsum? non scit. aguntur in finem,  
 sed quem, ipsæ hæ res nesciunt; in illum quem in-  
 tendit Deus. Alia hominum ratio: Sumus in  
 manu voluntatis divinæ, ut discipulus apud Ma-  
 gistrum, cujus manum hic tenet, & ductat in  
 opere, sed simul artem docet, & jubet spectare:  
 non solum agit Magister, sed cum discipulo agit:  
 docerque, ut sciat quid & quomodo agat. Ita-  
 que voluntas Dei hominem existere vult, sed si-  
 mul vult ab eo sciri, cur existat; vult illum vive-  
 re, sed vult scire quare, & quomodo vivat; vult  
 agere, sed vult scire quare & quomodo agat: hinc  
 illi regulam ostendit existendi, vivendi, agendi,  
 loquendi, cogitandi, orandi, laborandi, omnia  
 operandi, non operandique, juxta quam omnia  
 perficiat. Quæ hæc regula? modo dixi. Vo-  
 luntas ipsa, quomodo ostendit illam? Inspirando,  
 in scripturis revelando, per rationem dictando &c.  
 Sicut ergo discipulus non errat Magistri ductum,  
 & artis præscripta servando, sic homo Dei volun-  
 tatem in omnibus attendendo. Age ut te Deus  
 agere vult, omnia Sancta sunt. Et hæc esse uni-  
 ca cura hominum deberet: sed proh dolor! non est,  
 Vivimus & agimus vel casu, vel ex nostro, vel  
 ex hominum arbitrio, non è Dei.

Ex his discam, quæ fit hominum felicitas ha-  
 bere

130.

H 3

bere

117  
 xi  
 v. usca  
 : I  
 V

bere hunc Doctorem! quæ felicitas eundem sequi.

2. Discam, quæ debetur gratitudo divinæ voluntati, quæ me in omnibus etiam vilissimis actibus meis dirigit per seipsam.

3. Discam, Amorem honesti, & ordinis, & regularum. Voluntas Dei tam ordinem amat, ut se totam occupet in ordine inducendo, perturbatione vero ordinis excludendâ. nullam actionem relinquit sine regula.

Hinc 4. discam, omnem regulam quamcumque non metiri ex objecto, de quo est, sed ex auctore, à quo est. Regula illa, quam despicio, Dei voluntas est, & hoc audeo?

5. Discam, summam esse felicitatem regi voluntate Dei, & ipso Deo: summam miseriam esse, recedere à voluntate Dei, quia est recedere à Deo; summam esse stultitiam, eâ uti nolle; quia hoc est Deo uti nolle. Atque id tam in parvis, quàm in magnis rebus, quia eadem est in omnibus Dei voluntas, esto non eadem quæ vult; non est autem injuria objecto & rei volitæ, sed ipsi volenti, & voluntati; quod diligenter notandum est parvarum legum contemptoribus, in Religione, in Republicâ, in Conscientiâ.

#### CONSIDERA. V. *Quid exigat à nobis Voluntas DEI?*

131.

*Primo.* Exigit à nobis voluntas Dei cognitionem, ut scilicet eam perfectè sciamus, quantum ad officium, statum, ætatem, occupationes nostras attinet. Hoc enim sublatô, frustra sunt reliqua. Hinc fons perditionis humanæ, Ignoratio voluntatis divinæ: ad eam tollendam ipse

Deus  
sua e  
quid  
tum  
crebr  
meant  
aliosc  
Sa  
rem &  
cujus  
Causa  
Dign  
Jesu  
rerum  
hujus  
nobis  
essenc  
trum  
Neces  
mur  
Ti  
tium  
prodi  
quod  
trudit  
hoc r  
ut sci  
sua v  
tolle  
prom  
Nihil  
pram  
vult c  
Et q  
Deus